partes eſſe non poſſunt. Sed primum q̃ de eodem ſyllogiſmo tractemus: ea quæ in eo obſcura ſt
explicemus. Quod ſi generis cauſæ partes non poſſunt recte putare. Diſputaſti quidem ſupra
o Cicero: deliberationem: & demonſtrationem: quia genera ſint partes generis eſſe non poſſe: nõ
tamen oſtendiſti utrum conſtitutio pars generis ſit an ipſum genus. Incertum eſt enĩ. Vtrum deli
beratio ſub qualitate ſit: an qualitas ſub deliberatione. Doceas itaq; oportet: utrum pars: an gẽus
ſit conſtitutio. Hæc ergo incidens quæſtio eſt: utrum conſtitutio pars: an genus ſit. Iam ſupra oſtẽ
dit deliberationem: & demonſtrationem genera eſſe cãrum: quod & inter ſe diſtent: & ab iudicia
li plurimum diſſideant: & ſuum quæq; finem habent quo referri debeãt. Nunc ei docendum eſt:
utrum conſtitutiones cauſarum partes ſint: & ſic argumentatur propoſito themate: quid primũ

inuenias genus:an conſtitutionem. Vtiq; primum neceſſe eſt agnoſcas:utrum deliberatiua:an de
monſtratiua controuerſia ſit. Tũc deinde:quæ ſit conſtitutio. Ergo pars cãæ eſt conſtitutio omis.
Non.n.cã ad conſtitutionẽ:ſed conſtitutio ad cãm accommodat. Prius.n.cã cognoſcatur neceſſe
eſt:deinde conſtitutio. Plus autem cãm eſſe q̃ conſtitutionem:ſic ẽt poſſumus cognoſcere:quod i
ſingulis cãæ generibus conſtitutiones uariantur. Cã aũt oĩum conſtitutionũ capax eſt. Veꝝ cũ cã:
& cõſtitutio iuncta ſibi eſſe uideantur cã tam̃ unũ alteri prius ſit. Oẽ.n.quid loquimur:ſiue quod

causæ conſtitutio ẽ omnis. Non.n.cã ad conſtitu
tionem:ſed conſtitutio ad cãm accomodatur. ſed
demonſtratio & deliberatio generis cãæ non poſ
ſunt recte putari quod ipſa ſũt genera. Multo igr̃
minus recte partis eius quã hic dicit partes puta
buntur.

d Einde ſi conſtitutio & ipſa & pars con
ſtitutionis eius quælibet: intentionis
depulſio eſt: quæ intentionis depul

mente concipiamus: aut ſimplex
eſt:aut coniunctũ. Simplex eſt qđ
ad aliud non attendit:ut tabula:ſa
xum:& reliqua huiuſmodi. Cõiũ
ctum uero:ut de duobus unũ pri
us habeat quattuor modis fit: aut
tẽpore:aut loco:aut ordine:aut cã
Aetas cũ in hoĩe ſit tpe in ordinẽ
ſecernitur. ſi dicas iuuentas utique
conſideratione tpris iuuentas an
te ſenectute eſt. Deinde loco iunc
ta domus ſecernũt. Cũ.n.dicis atri
um:ideo primũ intelligis:qa con
ſideras interiorẽ locũ eſſe:ubi tri
cliniũ. Ordine uero ſic quom i eo
dẽ loco multi ſedeãus ꝓ ordine ſedentiũ nobis anteferãus. Cã aũt ſic de his:q̃ iuncta ſũt:unũ pri
us efficitur:ut puta pater:& filius iuncta ſibi ſunt. Neq;.n.ante pater:q̃ filius naſcatur:aut ante fili
us:q̃ illi ſit pater. Sed quia filio ad naſcendũ pater cã eſt.iccitco ex cã pater filio prefertur. Ita hic in
themathe cã & cõſtitutio coniuncta ſunt ſed ut prior cã ſit cauſa efficitur. Vt conſtitutio .n. naſcat
cauſa præcedit. Quod ipſe ait non.n cauſa ad cõſtitutionem:ſed conſtitutio ad cauſam accomo
datur. Hic quoq; aduerſarius ſyllogiſmũ quadripartitũ. Prima eſt enim propoſitio cum adiũcto.
Quod ſi generis cauſæ partes non poſſunt recte putari:multo minus recte ptis cauſæ partes puta
buntur. Huic propoſitioni approbatio non fuit ſubiiciẽda. Manifeſtum.eſt enim ſi partes cauſæ
non ſint multo minus partis cauſæ partes putari. Ergo incidit quæſtio:utrum conſtitutio pars ſit
& ut ſupra docuimus ꝓbat ptes. Sed hæc incidens q̃ſtio nõ ptinet ad ſyllogiſmũ. Veꝝ qa neceſſa
ria fuit interiecta eſt. Deide aſſũit illud:qđ ꝓpoſuerat. Sed deliberatio & demõſtratio gñis cãæ p
tes nõ poſſũt recte putari. Et approbat aſſũptionẽ:quod ipa ſũt genera inqt. Poſtremo cõcludit
propoſitiõis ſecũdũ ptẽ. Quid ẽ.n.in ſcđa pte propoſitionis? Multo minus recte ptis cãæ ptes pu
tabuntur. Cõcludit hoc ipm. Multo igr̃ minus recte ptis eius qđ hic dicit ptes putabũt. Priæ.n.p
ti propoſitionis p incidẽtẽ q̃ſtionẽ ſatiſfecit. Quod ẽ.n.i p̃ma pte ꝓpoſitõis. Quod ſi generis cãæ
ptes nõ poſſũt recte putari. Itaq; oñdit generis cãæ partẽ cõſtitutionem. Quadripartitus g̊ ẽ ſyllo
giſmus. Eſt.n.propoſitio aſſumptio:approbatio aſſũptionis cõcluſio. Quæſtio uero icidẽs ad ſyl
logiſmum minime pertinet.

d Einde ſi cõſtitutio & ipſa & pars cõſtitutionis eius quælibet intẽtionis depulſio ẽ q̃ itẽtiõis
depulſio nõ ẽ ea:nec cõſtitutio nec pars cõſtitutionis ẽ. Oĩs parſ tunc plene pars ẽ ſi generiſ
& nom̃:& definitionẽ recipiat: utputa aĩal genus eſt. Iã ex aĩali hõ equus auis. Deinde ex aui:coru
us cornix aqla. Itaq; hæc oĩa generis ſui & nom̃:& definitionẽ recipere debebũt. Generis uero no
men:quod ẽ aĩal. Ergo & hõ:& equus:& auis:& coruus:& cornix:& aqla aĩalia dicũt. Deide gene
ris definitio q̃ eſt.i.aĩalis: Aĩal eſt corpus aĩatum Itaq;:& hõ:& equus:& auis:& coruus: & cornix:
& aquila corpus aĩatũ ẽ. Verum definitio a generr̃ trãſit in ſpẽs. Specieꝝ uero definitio i genus trã
ſire nõ poteſt. Nõ.n.cũ hoĩem definio hõ eſt corpus aĩatum bipes. Iã cũ dico bipes ad generis đ
finitionẽ nõ ptinet. Eſt.n.aĩal & quadrupes. Itaq; nũc accepta ſimilitudine ad argumentationẽ Ci.
redeamus. et primo quæſtionẽ q̃ in cõtentione uerſat attẽdamus. Illa aũt:ut ſupra diximus q̃ſtio a
quod deliberatio:& demõſtratio nõ recte ſub q̃litate ſint poſitæ. Supra:id iã duabus argum̃tatio
nibus uicit. Quaꝝ prima illa fuit deliberationẽ:& demõſtrationẽ ſi genera ſint cãꝝ ptes gñis eẽ ſi
poſſe. Et ꝓbauit genera eẽ cãrũ. Sẽcũda uero argum̃tatio talis fuit qdẽ ſi generis ptes eẽ nõ poſſũt:
multo magis partes partiũ eſſe nõ poſſe. Nũc tertiã affert argum̃tationẽ. Si inqt cõſtitutio:& ipa:
eius q̃libet ĩtẽtionis depulſio ẽ:q̃ itentionis depulſio ñ ẽ ea nec cõſtitutio nec pars cõſtitutionis ẽ.
Vt ſupra dixius. Oĩs pars gñis ſui:& nom̃:& definitionẽ debet recipe. Gẽus: Hic ãt cõſtitutio ẽ.
Sub cõſtitutõe:q̃ttuor cõſtitutiones. Sub q̃litate demõſtratio deliberatio iuridicialis negocialis.
Itaq; uideãus an deliberatio:& demõſtratio gñis nom̃ & definitionẽ recipiãt. Gñis nom̃ ẽ conſti

tutio. Quod nomē tollit Cicero demonſtrationi & deliberationi. Sed ne dicat hermagoras cōſtitutiones dici poſſe oſtendit definitionē generis cadere non poſſe in deliberationē & demonſtratōnem. Quod ſi definitio nō cadit nomen quoqꝫ cadere nō debebit. Conſtitutionē aūt ſic đfinimuſ. Conſtitutio ē intentionis depulſio. Quam .ſ. definitionem in deliberatiōe uel demonſtratiōe uidemus eſſe non poſſe: qđ ſi deliberatio & demonſtratio neqꝫ nomen conſtitutionis: neqꝫ definitionē recipiunt nec cōſtitutiones ſunt: nec partes conſtitutiōis. Ipſi autē placet conſtitutionē intentionis depulſionē eſſe & concedit ei alias definitiones. Rurſus inqt ſi finem ꝑ ſe ipſū conſideremus nihil aliud quā finē inſpiciemus: nec in eo qđ finis eſt poſſumus trāſlationē intelligere: Ita ergo conſtitutiōes ſingulæ hēnt propriū ſuū ĩ quo poſitæ genere cōmixtionē conſtitutionis alterius nō admittunt. Si ergo ꝯſtitutiōes ſingulæ per ſemetipſas: cōſideratæ hēnt propriū ſuū cōmixtionē alterius: non admittūt. Siue ĩquit cōſtitutionē primā cauſæ accuſatoris confirmationē dicat: ſiue defenſoris primā deprecationē neceſſe ē deliberationē & đmonſtrationē neqꝫ cōſtitutionē eē: nec partem cōſtitutiōis. Hoc loco aĩaduertere debēus genus ſyllogiſmi: qđ obſcuritate ſui & artificio colligatū ſyllogiſmis fere oībus antecellit. Sic itaqꝫ iſte colligit̕ ſyllogiſmus a primo ad ſecundum, a ſecundo ad tertium: a primo ad tertium. Primum enim & tertium ſimile eſſe medium facit quod utrique coniungitur. Sed ut melius poſſit artificium Ciceronis intelligi prius quælibet ſimilitudo facienda eſt. Ponamus itaque hæc tria. Victorinus docet unum ſic intelligis. aliud ſic. ſpem habes. tertium. ſic itaque faciamus ſyllogiſmum a prīo ad ſecundum. Si uictorinus docet intelligis. Nunc a ſecundo ad tertium ſi intelligis ſpē habes. Deinde a prīo ad tertium. Ergo ſi uictorinus docet ſpē habes. Primum enim & tertium quod poteſt ueriſimile non uideri medio illo quaſi quadā approbatione coniungitur. Hoc ergo & in cicerone uideamus. Primum hoc eſt ſi conſtitutio: & ipſa: & ps eius q̄libet intentionis depulſio eſt. Secundum illud eſt. Quæ intentiōis depulſio nō eſt ea nec conſtitutio: nec ps cōſtitutōnis ē. Tertium hoc ſit deliberatio & demonſtratio neque conſtitutio nec pars conſtitutionis eſt. Nunc uideamus ſyllogiſmum a prīo ad ſecundū. Si conſtitutio inquit: & ipſa: & pars eius q̄libet intentionis depulſio q̄ intentionis depulſio non ē: ea nec conſtitutio nec ps conſtitutionis eſt. Deinde a ſecundo ad tertium. At ſi quæ intentionis depulſio non eſt ea: nec conſtitutio: nec pars conſtitutionis eſt. Deliberatio & demonſtratio: neque conſtitutio: nec pars conſtitutionis eſt. Nunc a primo ad tertium: Si igitur conſtitutio: & ipſa: & pars eius quælibet intentionis depulſio eſt: deliberatio & demonſtratio: neque conſtitutio: neque pars conſtitutionis eſt. Ergo a primo ad tertium concluſio eſt ſyllogiſmi. Denique Cicero. Si igitur inquit conſtitutio. Vbicunque enim ergo: uel igitur ponitur concluſio eſt argumenti. Deīde cōiecturalis cauſa: non poteſt ſimul. Aliud incipit argumentū ideſt quartum ſyllogiſmum quo oſtendit non recte ſub qualitate deliberationem & demonſtratōnem poſitas. Quem ſyllogiſmum prius: quam oſtendamus ea quæ in re ſunt ante uideamus. Deinde ĩquit coniecturalis cauſa ſi inquit coniecturam per id quod eſt attendamus: nihil aliud inuenimus quam coniecturam ſolam: nec in eo quod coniectura eſt poſſumus intelligere. Rurſus inquit ſi finē per ſe ipſum conſideremus: nihil aliud: quam f nē inſpiciemus: nec in eo: quod finis ē poſſumuſ tranſlationē intelligere. Si ergo conſtitutiones ſingulæ ꝑ ſemetip̄as cōſideratæ habent proprium ſuū: in quo poſitæ genere commixtionem conſtitutionis alterius non admittunt. Male igit̕ hermagora deliberationem: & demonſtrationē partes conſtitutionis: ideſt qualitatis eſſe uoluiſti: cum đliberatio: ſiue demōſtratio ꝑ ſe cōſideratæ nō ſolæ ĩtelligi: ſed oēs ĩ ſe cōſtitutiōes cōtinere poſſint

conſtitutio: nec ps conſtitutionis ē. At ſi quæ ĩtētionis depulſio non ē: ea nec conſtitutio: nec pars cōſtitutionis ē. Demonſtratio: & đliberatio: neqꝫ conſtitutio: nec ps conſtitutionis ē. Si igitur conſtitutio & ipſa: & pars eius quælibet ĩtentionis depulſio ē: deliberatio: & đmonſtratio: neqꝫ coſtitutio: neqꝫ pars conſtitutionis ē. Placet āt ipſi intentionis eē depulſionē. Placeat igitur oportet non eē conſtitutionē: nec partē ꝯſtitutionis: Atqꝫ hoc eodē urgebitur: ſiue conſtitutionē primā cauſæ accuſatoris confirmationē dixerit: ſiue defēſionis p̄mā deprecationē. Nam eū eadem oīa incommoda ſequentur: Deīde cōiecturalis cauſa non pōt ſimul ex eadē pte eodem in genere: & coniecturalis eē: & diffinitiua. Rurſus nec diffinitiua cauſa poteſt ſimul ex eadē parte eodem in genere: diffinitiua eē & tranſlatiua. Et omnino nulla conſtitutio: nec

Simul ex eadem parte eodem in genere:& ſupra legimus.Pars autem cauſæ eſt conſtitutio omīs
Genus autem eſt conſtitutionis id quod ualet:quod ſe explet.Id deniq;:quo unaquæq; cōſtitutio
ab aliis conſtitutionibus ſegregatur.Pars aūt communis poteſt eſſe cum multis.Et omnino nulla
conſtitutio.Nec pars conſtitutionis & cætera. Quoniá deliberatione:& demonſtratione:q̄ſtio ē
quæ deliberatio & demonſtratio partes conſtitutionis ab hermagora ponunt̕ recte cū de ſolis cō
ſtitutionibus loqueretur:partes ēt tetigit:& omnino inqt:nulla conſtitutio:nec pars cōſtitutionis

Pars conſtitutionis poteſt ſimul & ſuam hēre : &
alterius in ſe uim continere . Ideoq; unaquæq; ex
ſe:& ex ſua natura ſimpliciter conſideratur. Alte
ra aſſūpta numerus conſtitutionū duplicatur n̄
iuſ conſtitutiōis augetur. At deliberatiua cā ſimul
ex eadē parte eodē in genere & coniecturalē : & ge
neralē:diffinitiuā:& tranſlatiuā ſolet hēre conſti
tutionē:& unā aliquando & plures nōnū̄q̄. ergo
ipſa nec conſtitutio ē:nec pars conſtitutionis: Idē
in demonſtratione ſolet uſu euenire. Genera ergo
ut ante diximus hæc cārum putāda ſūt:neq; ptes
alicuius conſtitutionis . Hæc igitur conſtitutio
quam generalem nominamus : partes nobis ui
detur duas habere : iuridicialem : & negocialem.
Iuridicialis eſt : in qua æqui & recti natura aut

poteſt ſimul & ſuam habere : & al
terius in ſe uim continere . Altera
aſſumpta numerus conſtitutionis
duplicatur:nō uis cōſtitutioniſ au
getur.Sapiēter dixit. Multe enim
conſtitutiones in cauſa eſſe poſſūt
Sed ſi plures ſint ad numerum cō
ſtitutionū nō ad augendá uim al
terius conſtitutionis accedūt. At
deliberatiua cá ſimul ex eadē pte
eodē in gn̄e & cōiecturalē.& gene
ralē:& definitiuá:& tranſlatiuá ſo
let hēre coſtitutionē:& unā aliquā
& plures nonnū̄q̄. Cū inquit cō
ſtet unamquáq; conſtitutionē al
teram in ſe nō admittere delibera
tiua ex eadē pte eodē in generī oēſ
ſolet recipe conſtitutiones . Er
goipſa : nec conſtitutio :nec pars
conſtitutionis eſt ſimul ex eadem
parte . Delibeeatio enim pars
cauſæ eſt . Videamus nunc :
quadripartitum ſyllogiſmum proponit ſic.Primo ſpecialiter. Deinde generaliter. Specialiter
ſic. Deinde coniecturalis cauſa non poteſt ſimul ex eadem parte eodem in generī & cōiectu
ralis eſſe & definitiua.Specialiter enim de coniectura propoſuit. Rurſus nec d̄finitiua cauſa po
teſt ſimul ex eadem parte eodem in generī & definitiua eſſe:& tranſlatiua.& hic ſpecialiter d̕ fine
propoſuit.Nūc proponit generaliter de omnibus conſtitutionibus:& earum partibus:& oīno ī
quit nulla conſtitutio nec pars conſtitutionis poteſt ſimul & ſuam haberī:& alterius in ſe ui conti
nere.Hucuſq; propoſuit.Deinde approbat propoſitionem.Ideo inquit quod unaquæq; ex ſe &
ex ſua natura ſimpliciter conſideratur altera aſſumpta numerus conſtitutionum duplicatur: non
uis cōnſtitutionis augetur..Poſt approbationem propoſitionis aſſumit quod ſibi neceſſarium ē.
At deliberatiua inquit cauſa ſimul ex eadem parte eodem in generī:& coniecturalem:& generalē
& deſinitiuam:tranſlatiuam continet conſtitutionē.& unam aliquam : & plures nonnunquam .
Quod qm̄ manifeſtum ē & apertum omnibus:non fuit neceſſe approbare aſſumptionē . Seqtur
ergo concluſio quæ duplex ē.Prima ad id quod adſūptum ē. At deliberetiua cauſa ſimul ex ea
dem parte eodem in genere ē. Ergo ipſa nec conſtitutio nec pars conſtitutionis ē. Secunda ad
utrumq; quo deagitur.Pariter enim de deliberatione & demonſtratione tractetur genera īqt igi
tur ut ante diximus hæc cauſarum putanda ſunt non partes alicuius conſtitutionis.Hæc ergo con
ſtitutio quam generalem uocamus partes uidetur nobis duas habere.Ergo ipſa neq; conſtitutio
eſt neq; pars conſtitutionis.Idem in demonſtratione ſolet uſu uenire. Poſtq̄ docuit deliberatio
nem: & demonſtrationem:non ptes qualitatis:ſed genera eſſe cauſarum :ad ipſius qualitatis deſ
cendit diſputationem. Ac primo hanc in duas diuidit partes in iuridicialem & negocialem.
Quarum partium hoc compendium tenere debemus.Quod iuridicialis ſemper de præterito ē:
& negocialis ſemper de futuro. Quæ tempora in ipſarum partium definitione uidetur.Cicero
nō declaraſſe ait enim. Iuridicialis eſt:in qua æqui & recti natura aut præmii:aut pene ratio q̄ri
tur. Negocialis in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit conſiderantur. Cui diligētie
præeſſe apud nos iuriſcōſulti exiſtimātur. Hic omnino tempus quaſi præteritum non demon
ſtrat niſi ꝙ magis futurꝝ tempus uidet̕ icludere cū aut præmii:aut pœnæ ratio quæritur. Quo
loco p̄mo oſtēdendum eſt & pœnam & præmium de preterito eſſe poſſe.Nā & poſt ſuppliciū d̄
aliquo iuſte ſūptū poſſūt nōnulli i iudicium uocari & ꝙ nō recte p̄mio aliquē donauerit poſſūt
i iudiciū uocari.Vt uerres q ſuppliciū ſūpſit d̄ ciuibus rōanis & anulo aureo ſcribā i ɔtiōe dōauit.

Frgo præmii & pœnæ rō pōt de præterito eē. Sed occarrit illud: pōt tamē præmii & pœnæ rō & de futuro eē. Ideoqꝫ in iuridiciali q̄litate tp̄s ꝑteritū nō recte definiuit: Cū iā huic loco ſic rn̄det q· dixerit rō. Ratio.n.ſemp de ꝑterito eſt facto. definitio āt cū quæritur rōcinatio dr̄: & eſt ibi tantū meriti ratio. qđ meritum præteritū eſt. Atqꝫ ita rō nunq̄ niſi de ꝑterito ē. Cū enī dicis petit præmiū: neceſſe ē afferat meritū. Ita in eo ꝙ petit præmiū nulla ratio ē. Sed cū ais eū mereri tū ratio ē ex præterito ueniens. Ergo ait Cicero. Iuridicial' eſt in qua æq & r̄cti natura. aut ꝑmii: aut pœnæ rō quærit'. In eo ꝙ ait rō præteritū tp̄s includit. Iuridicial' a iure. Aeq.n. & recti rō non niſi iure cōſtat: deide negocial' ē inqt: in q̄ qd iuris ex ciuili more & æqtate ſit cōſiderat'. Negocial' q̄litas talis ē. Cum aliqd gn̄atim iure cautū ad ſpeciem deuocamus: utputa uiro forti ꝑmium det': uir fortis petit iīmici mortē. in eo qđ dicit uiro forti ꝑmium dat qdē uiro uiro forti ꝑmiū: ſed nō ēt deſignat illud forte qđ petit Ergo in negociali q̄litate ex æqtate ꝑcedentis iuris noua iura firmātur. i. ut liceat id qđ in cōtentione ucrſat': & ideo de futuro eſt. Quod ēt iuris periti faciūt q ſi forte id de quo agit' iure non cautū ē: p interꝑtatiōem ſtatuti iuris id ēt qđ i eodē iure noiatim nō continet' affirmat Hoc ē qđ ait. Cui diligētiæ ꝑeſſe apud nos iuriſcōſulti exiſtiman tur.

præmii: aut ratio pœnæ quæritur: Negocialis ē in qua qd iuris ex ciuili more & æqtate ſit ꝯſideratur Cui diligentiæ præeſſe apud nos iuriſcōſulti exiſtimātur. Ac iuridicialis qdē ipſa ī duas diſtribuitur partes: abſolutā & aſſumptiuā. Abſolutiua eſt q̄ ipſa in ſe continet iuris & iniuriæ quæſtionē. Aſſumptiua eſt quæ ipſa ex ſe nihil firmi dat ad r̄cuſationē: foris aūt aliqd defenſionis aſſumit. Eius partes ſunt. iiii. cōceſſio: remotio criminis: relatio criminis comparatio: Conceſſio eſt cū reus non id qđ factum ē defendit: ſed ut ignoſcatur ſibi poſtulat: Hæc in duas ptes diuiditur purgationē & deꝑcationē. Purgatio ē: cū factū cōceditur: culpa r̄mouetur. Hæc ptes hēt tres: Imprudētiā: caſū. neceſſi

Hoc quoqꝫ tempus futurū demonſtrat cū ait quid iuris ſit conſideretur. Conſideratio enim de incerto eſt: & quia iuris conſideratio ē de futuro eſt. Ac iuridicialis quidē ipſa & in duas diſtribuitur ptes: abſolutam & aſſumptiuā. Negocialis qualitas cōſtat nec aliquas ex ſe ptes fundit. Iuridicialis uero in duas partes fundit': in abſolutam qualitatem & aſſumptiuā. deinde hic quoqꝫ rerum compendium tenere debemus: qđ in abſoluta qualitate factum ipſum iuſtum aſſerimus. In aſſumptiua uero qualitate non factū iuſtum: ſed cauſā facti iuſtam fuiſſe contendimus. Itaqꝫ in abſoluta qualitate æqui & recti natura quæritur. In aſſumptiua uero præmii & pœne ratio quæritur. Quæ aſſumptiua quattuor locis diuidit'. Conceſſione remotione. criminis. relatione. criminis comparatione. Verum hic quattuor horum locorū Cicero ordinem conuertit. Nam a poſtremo quod hic poſuit retrorſum uerſus ordo ē: & enim uim ſingularū defenſionum cōſiderare debemus. Primo hæc eſt innocentis hominis: ut dicat non feci. Deinde feci: ſed non ſic uocatur. Tertio feci: & ſic uocatur: ſed iure feci. deinde hoc ipſum iure feci. Aut licuiſſe ſibi debebit oſtendere quæ ē qualitas abſoluta: aut ſi non licuit debet ſibi extrinſecus aſſumere aliquid quo hic probet quod iniuſte factū uidetur. Videamus nūc: quæ ſit de his quattuor aſſumptionibus fortior aſſumptio. Primo debet dicere feci: ſed profui & probare plus ſe profuiſſe quam obfuiſſe: quæ eſt qualitas compenſatiua. quam ideo Cicero cōparationem uocat: qđ comparetur: id quod in crimen uocatur ad id quo ſe reus ꝓfuiſſe dicit: quæ comparatio ſemper in eodē facto eſt. Vtputa quidam muros ciuitatis diſſipauit: hoſtes fugerunt: reus ſit læſæ reip. in eodem eſt comparatio. Nam quod muros deiecit uidetur læſiſſe remp. & quia muros deiecit hoſtes fugerunt: uidetur profuiſſe. r. p. Ergo hoc primū debet aſſumere: Feci: ſed profui. deinde debet dicere feci quidē: ſed ut hoc facerem ante prouocatus ſum: ideſt feci: ſed meruit: quæ eſt relatio criminis. Tertio debet dicere. Feci: ſed alter me ipulit: ut facerē quæ ē remotio criminis. Poſtremo ſi hæc cūcta đfecerint. i. ſi ut hæc faceret: nec ꝓfuit: nec iniuriā reddidit: neqꝫ ab alio compulſus eſt: quoniam nihil eſt quo ſe defendat debebit factum fateri ſed ueniam poſtulare: quæ eſt qualitas uenialis: quam cōceſſionem Cicero uocauit. Hunc ergo ordinē Cicero hoc loco conuertit quem in poſterioribus ſeruat. Itaqꝫ conceſſio duas ptes habet: purgationem: & deprecationem. In purgatione tria ſunt. Imprudentia: caſus: neceſſitas. ſi hæc nō fuerint deꝑcatio ē. Sed hæc aut apud iperatorē: aut apud populū: Itaqꝫ in purgatōe factū cōcedit': ſed facientis aius excuſatur. Hoc eſt quod ait cum factum conceditur: culpa remouetur: In deprecatione uero & factum & culpa conceditur: ſed tamen ueniadeprecatur. Hoc eſt quod ait.

tatẽ. Deꝑcatio ẽ:cũ & peccaſſe reus ↄſulto peccaſſe cõfitetur & tam̃ ut ignoſcatur poſtulat:qđ genus perraro poteſt accidere. Remotio criminis ẽ cũ id crimen quod ĩfertur ab ſe & a ſua culpa ui & poteſtate ĩ aliũ reus remoueŕ conatur. Id dupliciter fieri poterit; ſi aut cã aut factũ ĩ aliũ tranſfertur. Cã tranſfertur: cũ aliena dŕ ui & poteſtate factũ. Factum autem cum alius aut debuiſſe: aut potuiſſe facere dŕ. Relatio crimĩs ẽ quod ideo iure factũ dŕ quod aliquis ante iniuria laceſſerit. Cõparatio eſt cum aliud aliquod factũ alicuius rectũ aut utile contẽditur:quod ut fieret illud quod arguitur dŕ eſſe cõmiſſum. In quarta conſtitutione quã tràſlatiuam nominamus eius cõſtitutionis ẽ controuerſia:cũ aut quẽ:aut quantũ:quomodo: aut apud quos:aut quo iuŕ:aut quo tẽpoŕ agere oporteat q̃ritur aut oĩno de cõmutatiõe aliqđ:aut ĩfirmatõe actiõis agitur. Huius ↄſtitutiõĩs Hermagoras ĩuẽtor eẽ exiſtimatur:nõ quo nõ uſi ſĩt ea oratores ueteres ſæpe multi:ſed qa nõ aĩaduerterũt artis ſcriptores eã ſupiores:nec rettulerĩt ĩ numeꝶ ↄſtitutõnũ. Poſt ãt ab hoc ĩuentã multi reprehenderunt:

Deprecatio eſt:cũ & pecaſſe & conſulto peccaſſe reus ſe confitetur:& tñ ut ignoſcat́ poſtulat Hæc ergo deprecatio non niſi aut apud ĩpatorẽ:aut apud populũ ualet apud iudices uacat.. Remotio criminis eſt cũ id crimen quod infertur ab ſe & ab ſua culpa ui & poteſtate in aliũ reus rẽouere conat́. Remotionẽ criminis hanc eſſe dicit cũ reus id quod ei ĩtenditur ab ſe remouet & in aliũ tranſfert. Atq; id duobus modis facit ſi.in alium aut cãm aut factũ transferat:ſeu ut id faceret dicat aliũ coegiſſe. Veꝶ quod ait factũ poteſt hic quæſtio moueri. Nã cũ oĩs qualitas facti confeſſionẽ teneat:cur hic factũ nõ cõfitetur:ſed in aliũ tranſferre conat́. Deniq; nullus artiũ ſcriptor ĩ hac qualitate facti tranſlationẽ nominauit:ſed ideo qa nullus ĩtellcxit. Nã factũ ſic a ſe remouet:ſalua tamẽ cõfeſſione facti:ut in hoc themathe quod Ci.ĩ ſecũdo libro poſuit:Mancinus cũ numantinis fœdus fecit iniuſſu populi ac ſenatus pulſo eodem in exiliũ atq; hoſtibus dedito petit́ ad pœnã.ẽt ille q porcã tenuit cõtradicit. Nã hic & cãm & factũ ĩ aliũ remouet. Cãm ſic ut porcã tenerẽ mancinus ui ac poteſtate coegit. Deĩde factũ ſic: Fœdus non ego feci ſed mancinus:q aut debuit:aut potuit. Manet tam̃ facti prima illa cõfeſſio. ꝙ porcã tenuit nõ.n.poteſt negaŕ a ſe porcam fuiſſe tentã. Ergo remotio criminis duobus modis conſtat. Si aut cauſam in aliũ transferamus: aut factum. Relatio criminis ẽ cũ ideo iure factum dicat́ quod alius ãte ĩiuria laceſſerit. Relatio criminis talis ẽ:ſi ĩ eo ꝙ fecimus uicem nos redidiſſe dicamus:ut puta occidi.quia ille me uolebat occidere Hoc ego feci:ſed meruit. Cõparatio eſt cũ aliud aliquod alicuius factũ rectũ aut utile contẽdit́. qđ ut fieret illud quod arguitur dicitur eſſe commiſſum. Inter comparationem & conceſſionem hoc intereſt:ꝙ in cõparatione de eadem re comparatio eſt ut ſupra diximus.diſſipaſti muros. leſiſti rẽ.p. Contra ille:diſſipaui quidem muros:ſed hoſtes fugerunt. In eodem comparatio eſt:ut ſupra diximus diſſipaſti muros.ideſt ꝙ muri diſſipati eſſe dicuntur. Ideo ait: quod ut fieret illud quod arguitur dicitur eſſe commiſſum. Alioquin uerres qui multa ſigna & uaſa ex ſicilia ſuſtulit & utitur hac defenſione. ꝙ a bellis tutam ſiciliam reddiderit. Non potuit dicere ideo ſigna ſuſtuli ut defenderem prouinciam:neq; enim propterea tulit ſigna:ut prouincia eſſet defenſa. Itaque utitur ueniali ſtatu ideſt conceſſione per deprecationem. Ergo in comparatione id quod intenditur ideo a nobis factum dicere debemus ut ex eo ipſo bonum illud quod contigit fluxiſſe dicamus.

In quarta conſtitutione:quam tranſlationem nominamus. Et ſupra docuimus quid in ſe tranſlatio contineret:ſcilicet ut aut omnem actionem commutet: aut aliqua ex parte debiliter. Hoc eſt quod hic ait: aut omnino aliquid de commutatione: aut infirmatione actionis. Igitur huius conſtitutionis Hermagoras inuentor eſſe exiſtimatur. Inueniendi duo genera ſunt. Vnũ tale: cum in medium proferimus id quod erat: ſed latebat. Aliud quod quaſi non erat: ſed a nobis primis uidetur inuentum. Itaque de his Cicero leuiorem inuentionem dedit Hermagore ſcilicet ut id quod latuerat:in mediũ protuliſſe uideatur. Hoc eſt qđ ait. Nõ quo ñ uſi ſint ea ueteres oratores ſæpe multi:ſed quia animaduerterint artis ſcriptores eã ſuperiores:& nõ rettulerint in numeꝶ conſtitutionũ. Ideo autẽ tràſlationẽ multi ſcriptores ĩter cõſtitutiones referre noluerunt:ꝙ omnis cõſtitutio auctoritatẽ cõſtituat. Tràſlatio autẽ id uideatur agere:ne actio ſit.

Sed Hermagoras recte hanc inter conſtitutioneſ poſuit.nā hoc ipſum quod actionem commutat actio eſt.Itaq; multi inquit Hermagoram reprehenderunt:q̄ tranſlationem inter cōſtitutioneſ ret tulerit:ſed inuidia magis q̄ ex uero. Et cōſtitutiones quidem & earum partes expoſuimus.Poſtq̄ quid eſſent ſingulæ conſtitutiones:uel quid poſſet docuit:& earū partes:ideſt qualitates expoſuit promittit ſe his conſtitutionibus exēpla ſubdıturum.Sed tum cum cœperint argumenta tractari quæ argumenta dilucidiora futura eſſe ꝓmittit:ſi hiſdem argumentis in tēpore exempla ſuppōat Hoc eſt quod ait. nā argumentandi ratio dilucidior erit: cum & ad genuſ:& ad exemplū cauſæ ſtatim poterit accomodari. Genera cauſarum ſcimus tria eſſe: demonſtratiuū: deliberatiuum:iudiciale. Exempla uero cauſarum ſunt themata ſcilicet. Conſtitutione cauſæ reperta ſtatim placet conſiderare: utrū cauſa ſit ſimplex an cōiuncta. Quoniam in his duobus libris Cicero nihil niſi de inuentiōe tractat iccirco per ordinem:quæ ſint inuenienda demonſtrat. Poſtq̄ inquit conſtitutionē inueneris:conſiderare debebis cauſam:utrum ſimplex ſit an iuncta:ideſt utrum de una re agatur:an de pluribus conſtitutio ſic inuenitur. Occidiſti:non occidi aut iure occidi. Cauſa uero hæc ē: an occiderit:an iuſte occiderit. Ergo hæc cauſa ſimplex an iuncta ſit conſiderare debemus:Deinde iuncta:utrum ex pluribus quæſtionibus ē an ex aliqua cōparatione ex pluribus q̄ſtionibus cauſa iuncta ē ut in uerrinis accuſatur Verres:qđ multa furatus ſit:qđ ciues Romanos necarit:quod peculatum commiſerit.Itaq; quādo ex pluribus q̄ſtionibus cauſa iūcta eſt:ipſæ quæſtiones inter ſe diuerſæ ſunt.Ex cōparatione āt cauſa iuncta eſt: cum quid potiſſimū faciendum ſit cōſideratur:ut ī diuiſione agitur: utrū Cice.accuſet an Cecilius.Sed quia cōparandi duo modi ſunt:comparatiuus & ſuplatiuuſ:iccirco ait:Ex cōparatiōe in q̄ p cōtentionē utrū potius:an qd potiſſimū ſit q̄ritur. Verū his locıſ q̄ tractabimuſ ipſe ēt Cice. perſpicua exēpla ſupponit.

d Einde conſiderādū ē in rōne an in ſcripto ſit cōtrouerſia. Prio īqt ɔſtitutō iuēiēda ē.Secūdo utrū cā ſit ſimplex an iūcta. Tertio in rōne an īſcripto ſit cōtronerſia Scriptū non tantū leges accipiāus ſed & ſenatus conſultū & teſtamētū & uerba ſola & mlta huiuſmōi.Huius ſcriptōis gña ſt̄ qnq;: ut ipſe primū rebus:deinde nominibus indicauit.i.primū ſcriptū & uoluntas. Secundū leges contrariæ. Tertiū ambiguitas.Quartū collectio ſiue rōcinatio. Quintū definitio legalis:ut ē ī cecıniana

quos non tam imprudentia falli putamus:res.n. perſpicua eſt:quam inuidía atq; obtrectatiōe quadam īpediri.Et conſtitutiones quidē: & earum partes expoſuimus:exēpla autem cuiuſq; generis:tūc commodius expoſiturí uidemur: cum in unū qđ q; eorum argumentorū copíam dabimus: Nam argumentandi rō dilucidior erit:cum:& ad genus & ad exemplū cauſæ ſtatim poterit accommodari Conſtitutione cauſæ reperta ſtatī placet cōſiderarī utrum cauſa ſit ſimplex:an coniuncta:& ſi coniūcta erit:utrum ſit ex pluribus quæſtionibus iūcta an ex aliqua comparatiōe. Simplex ē quæ abſolutam in ſe continet quæſtionē unā hoc modo: Corinthis bellū iudicamus an nō. Cōiuncta ex pluribus quæſtiōibus:in qua plura quærūtur hoc modo:utrū Carthago diruatur:an carthaginenſibus reddatur:an eo colonia deducatur.Et ex comparatione in qua p contentionem utrū potius:aut qd potiſſimum ſit quæritur ad hunc modū. Vtrum exercitus in macedoniā contra Philippū mittatur q ſociis ſit auxilio:an teneatur ī Italia:ut quā maxīe ſint ɔtra Hānibalē copiæ. Cōtrouerſia ſcripti.

d Einde cōſiderādū ē ī rōe an ſcripto ſit cōtrouerſia.Nā ſcripti cōtrouerſia ē ea quæ ex ſcriptionis gn̄e naſcitur.Eius āt genera:quæ ſūt ſeparata a cōſtitutionibus qnq; ſunt. Nam cū uerba ipſa uidētur cū ſentētia ſcriptoris diſſidere:tū īter ſe duæ leges ac plures diſcrepare: tū id qđ ſcriptū ē duas aut plures res ſignificare uidetur:tum ex eo qđ ſcriptū ē:Aliud quoq; qđ non ſcriptū ē inuēiri:tū uis uerbi:quaſi in diffinitiua cōſtitutione: ī quo poſita ſit quære. Quare primū genus deſcripto & ſnīa.ſecundū ex cōtrariis legibus:tertiū ābiguū:q̄rtū rōcinatiuū:qntū diffinitiuū noīamus

Ratio eſt aũt:cum omnis oratio non ĩ ſcriptione : ſed in aliqua argumentatione conſiſtit. ideo
ait:cum omnis oratio non in ſcriptioe: ſed in aliqua argumentatione conſiſtit. Quoniam &
orationem ſcriptio : & oppoſitio orationẽ hẽt. Sed cũ auctoritate quippe ex ſcripto . ideſt ex te
ſtamento uel lege ueniẽtẽ. Ergo inquit ratio eſt cum res quæ ĩcontione uerſatur:non in auctori
tate legis:ſed in argumentatione uerſatur. Ac tum conſiderato genere cauſæ. Reperto inquit ge
nere materiæ & conſtitutione & cauſa:utrum ſimplex an iuncta ſit. & ipſa cauſa ſcripti an rationiſ
habeat controuerſiam . Deinde
uidendum eſt: quæ ſit quææſtio
quæ ratio:quæ iudicatio:quod fir
mamentum . Verum de his tria
præcipue ſunt in omni cauſæ ge
nere perquirenda. Firmamentum
uero perraro adhibetur. Et ſi quã
do adhibetur neceſſe eſt:aut ĩ the
mate ſit:aut in hiſtoria :alias lema
dicitur. Ideſt falſum argumentum.
ergo tria illa ſine ĩtermiſſione ubi
q; inſpicienda ſunt.i.quæſtio:ratõ
iudicatio. Quæſtio eſt:quæ naſcit
ex conſtitutione . ut eſt illud : iure
ne occiderit. Ratio eſt : quæ facit
controuerſiam:ut puta. occidi clo
diũ:propterea:quia ille me uoluit
occidere. Infirmatio rationiſ eſt:ẽt
ſi re clodius uoluit occidere. tu ta
men non iure occidiſti : Iudicatio
ẽ utrum cum clodius uoluerit oc
cidere. iuſte tamen a milone occi
ſus eſſe uideatur. ut Cicero de ore
ſte exemplum dedit . Firmamẽ
tum eſt firmiſſima argumentatio
defenſoris: & appotiſſima ad iudi
cationem. Firmamentum ſi ue
rum ſit ualde prodeſt:ſed ſoli de
fẽſori Accuſator enim pro firma
mento aſſertionem habet:ſed hoc
ut diximus raro in cauſam cadit .
Cuiuſmodi autem ſit firmamen
tum:ipſum Cicero docet:ut ſi ue
lit dicere. Oreſtes eiuſmodi ani
mum matris ſuæ fuiſſe in parentẽ
ſuum in ſeipſum ac ſorores in re
gnum & reliqua. Et cæteris q
dem inconſtitutionibus ad hunc
modum iudicationes reperiẽtur .
Quoniam omnis de facto iam
cõfeſſio eſt:iccirco in omnibuſ cõ
ſtitutionibus dicit iudicationem
de infirmatione rationis fieri præ
ter in cõiectura. In coniectura.n.
facti nulla confeſſio eſt.

Ratio eſt ãt cum omnis q̃ſtio nõ in ſcriptõne :ſed
ĩ aliqua argumentatione cõſiſtit:ac tũ cõſiderato
genere cãæ & cognita conſtitutione cũ:ſimplex ne
an coniũcta ſit intellexeris :& ſcripti : an rationis
hẽat controuerſiã uideris. Deinceps erit uidendũ:
quæ queſtio:q̃ ratio:q̃ iudicatio : quod firmamẽ
tum cauſæ ſit:quæ omnia a conſtitutione proficiſ
cantur oportet. Quæſtio eſt ea quæ exconflictiõe
conſtitutione cauſarum gignitur cõtrouerſia hoc
modo:non iure feciſti:iure feci. Cauſarum autem
hæc eſt conflictio: in qua conſtitutio cõſtat. Ex ea
igitur naſcitur controuerſia:quam q̃ſtionem dici
mus hoc modo iure ne fecerit. Ratio eſt q̃ cõtinet
cãm:quæ ſit ſublata ſit nihil in cã controuerſiæ re
linquitur hoc mõ:ut dicendi cã in facili & prouul
gato exẽplo conſiſtamus. Oreſtes ſi matricidii ac
cuſatur : niſi hoc dicat:iure feci . Illa.n.occidit pa
trẽ meũ:non hẽt defenſionẽ: Quare ſublata : oĩs
controuerſia quoq; ſublata ſit. Ergo eius cauſæ ra
tio ẽ: quod illa Agamẽnonem occiderit. Iudicatio
eſt quæ ex infirmatione & confirmatione rationis
naſcitur controuerſia. Nam ſit ea nobis expoſita
ratio:quam pauloante appoſuimus. Illa enim in
quit meũ occiderat patrem. At non inquit aduer
ſarius abs te filio matrẽ necari oportuit. Potuit. n
ſine tuo ſcelere illius factum puniri. Ex hac dedu
ctione rationis illa ſũma naſcitur controuerſia : q̃
iudicationẽ appellamus. Ea ẽ huiuſmodi. Rectũ
ne fuerit ab oreſte matrẽ occidi :cũ illa Oreſtis pa
trẽ occidiſſet. Firmamentũ & firmiſſima argumẽta
tio defenſoris:& aptiſſima ad iudicationẽ . Vt ſi
uelit Oreſtes diceř eiuſmodi animũ matris ſuæ in
parẽtẽ ſuũ ĩ ſe ipſũ ac ſorores ĩ regnũ & ĩ famã ge
neris & familiæ : ut ab ea pœnas liberi ſui potiſſi
mũ petere debuerint. & ĩ ceteris qdẽ cõſtitutioni
bus ad hũc modũ iudicatiões reperiũť. In cõiectu
rali ãt cõſtitutione:qa ratio nõ ẽ factum.n. nõ cõ
ceditur:ñ põt ex deductione rõnis naſci iudicatio.

Quare neceſſe eſt eandē quæſtionem eē & iudicationē:ut factum eſt:factū non eſt : factum ne ſit. Quot autem in cauſa cōſtitutiones aut earū ptes erunt:totidē neceſſe erit quæſtiones:ratiōes : iudicationes.firmamenta reperiri.His oībus in cauſa repertis:tū deniq; ſingulæ partes totius cauſæ cōſiderandæ ſunt.Nam non ut quodq; dicendū primum eſt:ita primū animaduertendum uidetur : ideo quod illa quæ prima dicuntur:ſi uehemēter uelis congruer̄ & cohærere cum cauſa ex eis ducas oportet:q̄ poſt dicēda ſūt. Quar̄ cū iudicatō & ea q̄ ad iudicationē oportet inuēiri argumēta diligēdi erūt artificio repta cura & cogitatōe ptractata:tūc deniq; ordinandæ ſunt cæteræ partes orōnis . Hæ partes ſex eſſe oīo nobis uidentur:exordiū : narratio:partitio:confirmatio:reprehenſio:concluſio. Nūc qm̄ exordium pnceps omnium eē debet:nos quoq; primū in ratione exordiendi præcepta dabimus.Exordiū eſt oratio aīum auditoris idonee cōparans ad reliquam dictionem:qđ eueniet ſi eum beniuolū:& attentū:& docilē confecerit. Quar̄ q bene exordiri cām uolet : eū neceſſe eſt genus ſuæ cāæ diligēter an̄ cognoſcer̄.Gn̄a cārū ſūt.qnq;:honeſtū:admirabile;hūile;anceps;obſcuꝝ. Hōeſtū cāæ gēus ē cui ſtatim ſine orōe nr̄a auditoris fauet

Quare in cōiectura eadem erit iudicatio:quæ quæſtio.Factū eſt.non eſt factum.Factum ne ſit? Quot autem in cauſa conſtitutiones:aut eaꝝ partes erunt qualitatis:ſcilicet partes. reliquæ enim cōſtitutiones partes non hēnt.Ergo quot in cā conſtitutiōes:uel partes erūt:tot neceſſe erit inueniri quæſtiones:rōnes:iudicationes:firmamenta. His oībus in cauſa repertis:tū deniq; ſingulæ partes totius cauſæ cōſiderandæ ſunt:Sub diuerſa ſignificantia Cicero partes poſuit.Aliæ ſunt.n.partes oratoris officii:aliæ partes q̄litatis:aliæ partes cauſæ:aliæ partes oratōis.Itaq; partes cauſæ ſūt ut ſuſcepto negocio per rerū ordinem eaquæ dicēda ſunt diligenter inſpicias.Quod cū pertractaueris: ideſt cū cauſæ partes inſpexeris: tū de modo tibi ordinandæ ſunt partes orationis.Non enī inquit:quia primū exordium ē; ſola tibi pmo erunt conſiderāda principia & ſcribenda . Sed conſiderato oī negocio:tunc appoſitæ ſumere exordium debemus.Hæ ptes eſſe ſex oio nobis uident̄. Multi enī quattuor eſſe dixerūt:ideſt exordiū:narratōnē:quæſtiones:epilogū. Cice.autē ſex eſſe dicit:ideſt exordium:narrationem:partitionem:confirmationē:reprehenſionem :concluſionē : epilogum.ſ. Et recte cōfirmationē & reprehenſionē.Hoc enim maximum eſt oratoris officiū : ut argumenta ſua primū afferat:deīde aduerſariorum diſſoluat . Quare iqt quoniam primū exordium eſt pricipio exordii præcepta trademus. Exordium eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem . Optima definitio eſt:q̄ a genere incipit: deinde đſcendit ad ſpeciem . Poſtremo ita propria complectitur:ut excludat omnino id quod cū aliis poteſt eſſe commune:ut hic ſex partes oratiōis Cicero ponit . Orator porro duo agit:aut fidē facit:aut animos commouit. Quare in quattuor illis mediis partibus fides fit in narratiōe:in partitione;in cōfirmatione:in reprehenſiōe.In exordio uero uel epilogis aī cōmouent̄. Itaq; ut definiat exordiū a genere icipit.Exordiū eſt oratio:ois enim pars orō ē;deinde ſic deſcēdit ad ſpeciē:ita ut excludat q̄ttuor illas partes medias:qbus fides fit aium inqt auditoris idonee cumparans.Sed qa & in epilogis aī comparantur:ita propriū ɔplectitur:ut excludat ēt epilogos. Ad reliquam inqt dictionem.Ita ergo exordii plena definitio ē.Exordium eſt oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquā dictionem. Verū cum aliquid fieri uolumus:primum definire debemus quid ſit illud quod fieri uolumus:ut hic de exordio definiuit qd eſſet.exordium eſt inquit oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquā dictionem:deinde debemus definire qd ī de fiat:ut hic fecit:quod eueniet inquit:ſi eum beniuolum:attentū:docilem fecerit.Sed qa non bene aliqd facimus niſi pus ſciamus ubi faciēdū ſit:pus oñdit ubi faciēdū ſit.Poſtrēo quēadmodū faciendū ſit.ait ĝ tunc nos optie exordiri:ſi cārum genera cognoſcamus:hoc ē ubi faciendū ſit. Genera cauſaꝝ quinq; ſūt:honeſtū:admirabile:hūile:āceps:obſcuꝝ.Hic q̄ſtio naſcit̄:cū ſupra dixerit gñ̄a cārū tria eē:đmōſtratiuū:đliberatiuū iudiciale:cur hic rurſus gñ̄a cārū qnq; eē dixit.Veꝝ hec q̄ſtio occulta nimis rōne ac difficili diſputatiōe diſſoluit̄.Aiaduertere.n.debemuſ qd Cicero ſecutuſ ſit.Res mſtæ ſunt:quarū una ſubſtantia reliquæ accidūt.Itaq; cum ſubſtantiæ accident una quali

tas.pōt & alia accidere.Sed quæ non ſit in eodem generē:in quo ꝑma qualitas fuit:utputa ſi dicas. Foliorum genera duo ſunt:de mēbrana:& de charta.hic foliū ſubſtantia ē.acceſſit ei una qualitas membrana:& charta.Poteſt tamē eidem ſubſtātiæ.i.folio alia qualitas accedere:quæ nō ſit ī eodē genere in quo.prima qualitas.Si dicas:foliorum gn̄a ſunt tria.Eſt oblongū:eſt latum:ē quadratū. Quare ſi circa primam qualitatē numerus definitionis uariet̄ uitium ē.Sinautem in eadē ſubſtātia circa alias qualitates nūerus definitionis uariet̄:non eſt uitiū:ut hic ait:primū cauſarū gn̄a tria ſūt cā hic ſubſtantia ē.Accidit ei una q̄litas:ut ſit demonſtratiuū genus d̄liberatiuū:iudiciale.Deinde ait cārum genera qnq̧ ſūt:licet eadē ſit ſubſtantia:alia tn̄ ei q̄litas accidit. In iudiciali.n.ſiue alio genere cauſæ inuenit̄ & honeſtū cauſæ genus & admirabile:& hūile: & anceps: & obſcurū. Ergo duplici hoc mō poſſumus ītelligere. Aut ꝙ ſubſtātiæ multæ ſæpe accidunt q̄litates: aut ꝙ multæ q̄litates ſubſtantiales ſūt:id ē ꝙ eis q̄litatibus poſſunt aliæ accidere q̄litates:ut hic ſubſtātia eſt cā:accidit cauſæ ut ſit iudicialis.Itaq̧ iudicial̄ q̄litas eſt. Rurſus hæc ipſa q̄litas ſuſtantial̄ eſt.Nā accidit ei ut hēat in ſe aut honeſtum cauſæ gēuſ:aut admirabile:aut hūile:aut anceps:aut obſcurꝝ.Itē ī deliberatiuo gn̄e cauſæ: uel demōſtratiuo pōt hoc ipſū euenire. Quare nullus hic error ē generis cauſarū circa definitionē nūeri.Si qdē ſubſtātiæ nunc plures accidant qualitates:ut ſupra docuimus:nūc multæ ſunt q̄litates ſubſtantiales:id ē qbus poſſunt aliæ incidere q̄litates qđ ſimiliter ſupra docuimuſ.Ergo qnq̧ genera dixit eē cārum:honeſtū:admirabile:hūile:anceps:obſcurꝝ.& definit genera ip̄a.Honeſtū inquit cauſæ genus ē cui ſtati ſine or̄oe nr̄a fauet auditoris aīus.Definitio nūc ex rebus ipſis:nūc ex euentu rerū colligit̄.has itaq̧ definitiōes Ci.non ex rebus ipſis:ſed ex euētu rerū colligit.Sæpe.n.honeſtis uel nō honeſtis rumorū opinionibus abutimur.Et qa rūori facile credit̄.Peruenit āt rumor uſq̧ ad iudicē.Orator porro apđ iudicem agit neceſſario nō rei honeſtū ſeq debet:ſed opinionē q̄ ēt iudici nota ē.Ergo Ci.honeſtū cauſæ gēus nō ex rebus definiuit:ſed ex euētu rerū:q notus ē iudici.Honeſtū inqt cauſæ genus ē:cui ſtati ſine or̄one nr̄a fauet auditoris aīus.Ergo ſi & ſtati & ſine or̄oe nr̄a fauet:iudex opinionē ſeqt̄.id ē euentum rerꝝ. Admirabile:a quo ē alienus aīus eorꝝ q audituri ſunt.Et hæc definitio de aīs iudiciū ē. Admirabile ē inqt cauſæ gēus:cū is defendit̄ quē ob magnitudinē criminis defēdi nullus poſſe credebat.Itaq̧ hic iudices beniuoli faciēdi ſūt.Hūile ē:qđ negligit̄ ab auditore:& nō magnope attēdendū uidet̄.Hūile cauſæ genus ē ſi de re abiecta ſit cōtrouerſia.In hoc gn̄e attēti auditores faciēdi ſūt: hæc quoq̧ definitio de aīs iudiciū ſūpta ē.Anceps ī quo aut iudicatio dubia ē:aut cā & honeſtatis & turpitudinis ꝑticeps.Hæc definitio & ab ipſis rebus ſūpta ē. Verū anceps inqt cā duobus mōis ē.Si aut iudicatio dubia ſit:aut in honeſtiſſima materia:ut ī Oreſtis themate:qa non una rō ē.Iudicatio quoq̧ ſit dubia.Occidiſti:iure occidi.nā illa patrē meū occidit:ēt ſi patrē occidit:nō iure a filio mr̄ occiſa ē.Iudicatio an cū illa pr̄em occiderit:iuſte a filio occiſa uideat̄. Deīde pōt & hæc eſſe rō:iure occidi.nā ut id facerē Apollo rn̄dit.Infirmatio rōis ēt ſi Apollo id rn̄dit:nō iuſte a filio mr̄ occiſa ē.Iudicatio.An cū Apollo rn̄derit:iuſte mr̄ a filio uideat̄ occiſa.Ergo in hoc themate iudicatio dubia ē Deinde ſit anceps cauſæ gēus:ſi hēat ī ſe cām & hōeſtatis & turpitudinis.Si leōis filiuſ fortiter faciat & ꝑmiū petat:hōeſtū ē qđ fortiter fecit:turpe qđ filius leonis.In hoc quoq̧ gn̄e cāæ beniuolētiā ꝯpare đbemus.Obſcurꝝ:ī quo aut tardi auditores ſt̄:aut difficilioribus ad cog̊ſcēdum cā īplicata ē.Quod obſcurꝝ ē tribus mōis ſēp obſcurꝝ ē.Si aut is q enarrat:n̄ ītelligit:aut is cui narrat̄ tardior ē:aut ſi res ipſa ꝑplexa ē. Verꝝ hic duo poſuit.Supfluū.n.fuerat:cū đ oratore hic pfecto loq̄tur:ſi aliqd de eius īprudētia diceret.Hic itaq̧ iudices dociles facere đbemus.g̊ oñdit ꝑmū qd eſſet exordium.animorū inquit cōmotio:deinde oſtendit quid inde fiat:aut attentus:aut docilis:

aīus Admirabile quoq; ē a quo alienatus ē aīus eorum qui audituri ſunt. Humile quod negligēter ab auditore:& non magnope attendendū uidtur. Anceps in quo aut iudicatio dubia eſt aut cauſa & honeſtatis & turpitudinis particeps:ut & beniuolentiam pariat:& offenſionē. Obſcurꝝ in quo aut tardi auditores ſūt:aut difficilioribus ad cognoſcēdum:negociis cā implicita eſt. Quar̄ quoniam tā diuerſa ſunt genera cauſarum:exordiri quoq; diſpari rōe:in uno quoq; genere neceſſe eſt. Igitur exordium in duas ptes diuiditur:in principiū:& inſinuationem. Prīcipiū eſt oratio perſpicue et protinus perficiēs auditorē beniuolū:aut docilē:aut attentum. Inſinuatio eſt oratio quadā diſſimulatiōe & circuitione obſcure ſubiens auditoris aīum In admirabili gn̄e cauſæ:ſi nō oīo infenſi erūt auditores:principio beniuolentiam cōparare licebit.

aūt beniuolus: deinde ubi fiat: ideſt in generibus quinq; cauſarum. & oſtendit quae eſſent genera.
Nunc per quid faciendum: ideſt p principium & inſinuationem. Itaq; breuiter quid in hac lectio
ne cōtineatur explicabimus. Exordium inquit in duo diuiditur: in principium: & inſinuationem.
Horum duorū: hanc differentiam teneamus in principio aperte & ut ipſe ait: protinus iudices
nobis: aut attētos aut dociles: aut beniuolos comparamus. In inſinuatiōe uero occulte & qbuſdā
circuitionibus. Hoc quoq; compendium tenere debemus: quod i omnibus cauſæ generibus prin
cipio nobis utendum ē. In admira
ili uero nunc principio. Princi
pio: tunc ſi auditores non omni
no erunt aliēati: Inſinuatione: tūc
ſi uehementer erunt alienati. Be
niuolētia. iiii. ex locis comparatur
ab noſtra: ab aduerſariorum: ab iu
dicum perſona: ab ipſa cauſa. Be
niuolos inquit iudices a quattuor
locis facere dbemus uel poſſumus
A noſtra perſona ab aduerſario
rum a iudicum ab ipa cauſa. Rur
ſus a noſtra perſona quattuor ex
locis beniuolentiam iudicis poſſu
mus comparare. Si de nr̄is inquit
factis & officiis ſine arrogantia di
cemus. plena enī gloria in his duo
bus eſt in factis & officiis. Officiū
eſt quod ex legibus uel ex natura
neceſſe eſt nos implere. Factum ue
ro eſt quod ſupra q̄ debemus præ
ſtamus. Ergo ſi de noſtris factis &
officiis: ſed ſine arrogātia dicemus
Deinde ſi crimina inqt illata & ali
quas minus honeſtas ſuſpitiōes in
iectas diluemus: ideſt ſi ea quæ ad
deformationem perſonæ noſtræ
pter iudicialē quæſtionem fuerint
obiecta diluemuſ. Deide ſi aliquid
futurꝶ mali prædicemus: quo mo
do ipſe Cicero. Moneo: prædico:
añ denunciatio. Poſtremo a nr̄a p
ſona beniuolentiā cōparamus: Si i
qd pro nobiſ ſupplici utamur ōro
ne. Deinde ab aduerſariorū perſo
na tribus ex locis beniuolentiā iu
dicis cōparamus: ſi eos aut in odiū
aut in contemptionē: aut in inuidi
am deduxerimus. In odiū ſic: Si eo
rum turpia uel crudelia facta pro
feramus. In inuidiam ſic: ſi eorꝶ po
tentia: gratiam: pecuniam profera
mus. Et quoniam hæc interdum
non modo: non crimini: ſed etiam
decori ſunt. recte addidit. Horum
omnium uſum arrogantem. Mul
te enim res per ſe malæ ſūt. Multæ
cum mediæ ex euentu bonæ uel
malæ fiunt. Deinde in contemptō
nem ſic aduerſarios adducimus: ſi
eos contemnendos eſſe dicamus:
ꝙ aut negligentes ſint: aut ignaui.

Sin erunt uehementer abalienati cōfugere neceſſe
erit ad īſinuationē. Nā abaliēatis ſi perſpicue pax
& beniuolētia appetitur: non modo ea nō inueni
tur: ſed augetur atq; inflamatur odiū potius: In
humili autem genere cauſæ contēptionis tollēdæ:
neceſſe erit attentum efficere auditorē. Anceps ge
nus cauſæ: ſi dubiā iudicationem habebit: ab ipſa
iudicatione exordiēdum ē. Sin autem partem tur
pitudinis & partem honeſtatis habebit beniuo
lentiam captare oportebit: ut in genus honeſtum
cauſa trāſlata uideatur. Cum autem erit honeſtū
cauſæ genus: uel præteriri principium poterit: et
ſi commodum fuerit: aut a narratōne incipiemus
aut a lege: aut ab aliqua firmiſſima ratōne noſtræ
dictionis. Sin uti principio placebit: beniuolentiæ
partibus utēdum eſt: ut id quod eſt augeatur. In
obſcuro autem genere cauſæ per principium doci
les auditores efficere oportebit. Nunc quoniam
quas res exordio conficere oporteat dictum eſt: re
liquum eſt ut oſtendatur qbus quoq; rationibus
quæque res confici poſſint. Beniuolentia. iiii. ex
locis comparatur. Ab noſtra: ab aduerſariorum:
ab iudicium perſona: ab ipſa cauſa. Ab noſtra ſi đ
noſtris factis & officiis ſine arrogantia dixerimus:
ſi crimina illata & aliquas minus honeſtas ſuſpi
tiones iniectas diluemus. ſi quæ incommoda acci
derint: aut quæ inſtent difficultates proferemus.
ſi prece & obſecratiōe humili ac ſupplici utemur:
Ab aduerſariorum āt ſi eos: aut in odium: aut in ī
uidiam: aut in cōtemptōem adducemus. In odiū
adducentur: ſiquid eorum ſpurce: ſuperbe: crude
liter: malitioſe: proferetur. In inuidiā ſi uis eorum
potētia: diuitiæ: grā: cognatio: pecuniæ proferētur
atq; eorū uſus arrogās & intolerabilis: ut iis rebus
magis uideātur q̄ cauſæ ſuæ cōfidere: In contēptō
nem adducentur: ſi eorū inertia: negligentia: igna
uia: deſidioſū ſtudiū: & luxurioſū ociū pferetur.

Ab iudicum perſona uero duobus ex locis beniuolentiam comparamus: ſi eorum bene geſta ſine adulatione proferamus. Et ſi dicamus præſentis iudicii magnam eſſe expectationem. Poſtremo ab ipſo negocio duobus ex locis beniuolentiam comparamus. Si noſtrá cām laudādo extollamus aduerſarioꝝ uituperādo deprimamus. Attētos āt faciemus: ſi demonſtrabimus ea q̄ dicturi erimus magna noua. Nūc docet quemadmodū attētos iudices facere debeamus. Attētos īqt iudices faciemus: ſi nos magna ꝓmittamus dicturos eſſe ut ait Virgilius. Maius opus moueo. Deīde ſi noua nos dicturos eē dicāus. Iterdum ēt ſi magna īqt nō ſit res: tamē noua aīos auditorum facit attentos. Poſtremo ſi incredibilia. Neceſſario etenim attēte audiendū eſt: quod uix credi poſſe ꝓmitto. Deinde ſi hæc inqt magna noua incredibilia dicamus nūc ad omniſ pertinere: ut ſæpe Ci. ait de quo agatur non ſolū ad reum: ſed oīum fortunas dicit pertinerē. Nūc ad eos qui audiunt: ut Ci. ſæpe ait hoc ideo agi ut a iudicibus iudicia transſerātur. Nunc ad aliquos illuſtres: ſi dicamus rem iuſtā ad ſacerdotes: ad ſenatores: uel alioſ huiuſmodi pertinere. Nūc ad deos immortales: ut Ci. de domo ſua dicit Rem ad deos pertinerē: ne ipſi Ciceronē domo expuliſſe uideātur. Nunc ad ſummam reip. pertinerē. Ergo his oībus attentos iudices facimus.. Necnon inqt ēt tunc attentos iudices facimus: cum nos breuiter dicturos eē ꝓmittimuſ. Et ne mētiri nos iudices putēt: q̄ breuiter nos dicturos eē ꝓmittimus: Exponere īqt debemus iudicationē: aut iudicationes: ſi plures erūt. Deinde oñdit quo pacto dociles auditores facerē debeamuſ. Si iqt i p̄ncipiis ea q̄ ſunt nobis dicenda ponamus: ut nobis iudices ad cognoſcēdum negocium comparemus. Præterea inqt cū dociles iudices facimus ſimul attētos iudices facere debemus. Ita ipſe Ci. ī cluentiana facit dociles iudices cū ait. Aīaduerti iudices omnē accuſatoris orōnem in duas diuiſá eē ptes. Deinde facit attētos cū ait. Quaꝝ alteram initi & magnopere cōfidere uidebatr̄ inuidia iueterata iudicii luniani & reliqua. Tūc &. n. inquit iudex melius docilis fiet: ſi & attētus fuerit effectuſ. hæc de principiis nūc nobis de inſinuatione dicendū eſt. Inſinuatione igitur utēdū ē cū admirabile genus cāæ eſt. Diximus principioꝝ triplicē eē finē. ſ. ut aut beniuolos iudices: aut attētos: aut dociles faciamus: idē nobis & ī inſinuatione faciendū ē. Sed hoc intereſt quod ī principiis hoc apte facimus. In inſinuatione occulte. & quibuſdá circuitionibus: nec in alio cāæ genere niſi in admirabili: tūc cum aī iudicū erunt uehemēter offenſi. Ergo inqt inſinuatione tūc erit nobis utendū cum aī iudicū fuerint offenſi. Et oſtendit qbus rebus offenſos iudicum aīos poſſumus agnoſcere. Prius enim uulnus īſpiciendū ē ſic apponēda medicina. Tribus inqt uel maxime cauſis aī iudicum offēdunt. Verum cū ait maxime oñdit: & aliis cauſis offēdi iudices: ſed his plærumq; ſi aut in negocio ipſo ineſt aliqua turpitudo: ut res ipſa præter perſonas: aut iudicis: aut gentis pariat offenſionem: aut ſi iam aliquid iudicibus ab his q primum dixerunt perſuaſum uidetur. Et ideo is qui poſt dicturus eſt non libenter auditur. Aut ſi illi qui audituri ſunt: alios audiendo cœperint eē offēſi.

